



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De forma absoluendi ab excommunicatione maiori, & a peccatis. c. 21

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

De forma absoluendi ab excommunicatione maiori.

Sacerdos absoluturus excom-
municatum maiori excom-
municatione, Primo exigat ab
eo iuramentum de stando man-
datis ecclesie, que scilicet sient ei
pro hac causa. Quo iuramento
prestato, inungatur ei qui est ex-
communicatus, quod de cetero
talia non committat, et si alicui le-

tionem vel damnum intulerit, quod ei satisfaciat: et ad hoc cautio-
nem tribuat. Hoc facto denudatis humeris a confessore virga
leuiter percutiatur, ad quemlibet versum vnius psalmi peni-
tentialis semel. Dico psalmo, sacerdos subiungat. Kyrie elei-
son. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos in-
ducas in tentationem. V. Saluum fac seruum tuum. R. Deus
meus sperantem in te. V. Esto ei Domine turris fortitudinis,
R. A facie inimici. V. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et si-
lius iniquitatis non apponat nocere ei. R. Domine exaudi ora-
tionem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. R. Dominus
vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus. **Oratio.**

O Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe
deprecationem nostram: et famulum tuum, quem excom-
municationis sententia ligat, miseratio tue pietatis absoluat.
Per Christum dominum nostrum. R. Amen. Postea subiun-
gat absolutionem. Nec est necessaria manus impositio super
caput confessi, quando fit absolutio: quia Christus de tali ma-
nus impositione non fecit mentionem, quando dixit Petro,
et Apostolis, Quecunque solueritis etc. Ideo verba absolu-
tionis operantur diuina virtute. **Absolutio.**

Omnis noster Iesus Christus, qui beato Petro Aplo.
collatis clauibus regni celestis, dedit potestatem ligandi, atque
soluendi: ipse per sua piissimam misericordiam te absoluat, et au-
thoritate ipsius, et beatorum Petri et Pauli apolorum eius, et sanctis-
simi dñi nri dñi M. diuina prouidentia Pape M. Si sit casus, vel
censura papalis, vel reuerendissimi dñi dñi M. Si sit ca-
sus, vel censura epalis, tibi concessa, et mihi commissa: in quantum
possum,

Absolutio ab excommunicatione maior. & minor

possum, debeo, & valeo, ego absoluo te a vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, quod incurristi propter **talem casum**. **Et si sunt plures** propter **tales casus**. **Et si sunt plures** vel illos nominando. Toties quoties illud, vel illa incurristi: & restituo te

sanctis sacris ecclesie, & coioni & unitati fidelium. In nomine pa-
tris, & filii, & spiritus sancti. Amen. **Absolutio a peccatis.**

Misereatur tui omnipotens Deus: & donet tibi veniam, & indulgentiam, & remissionem omnium peccatorum tuorum: liberet te ab omni malo, soluat, & confirmet in omni opere bono: & perducatur te Christus filius Dei vivi in vitam eternam. Amen.

Per ista veras & puras confessionem, quaz modo mihi, quous peccatori sacerdoti fecisti, absoluat te omnipotens Deus ab omnibus iudiciis, que tibi pro peccatis tuis debentur, secundum magnam misericordiam suam: & parcat, ac remittat, & deleat omnia peccata tua: & perducatur te in vitam eternam. Amen.

Filius Dei per suam piissimam misericordiam te absoluat: & auctoritate eius qua fungor, ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis mihi modo confessis: & ab omnibus alijs, quorum memoriam non habes: ut sis absolutus hic & ante tribunal eiusdem dei & Domini nostri Jesu Christi: habeasque vitam eternam: & viuas in secula seculorum. Amen. In nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Amen.

Passio eiusdem Dei, & Domini nostri Jesu Christi: & merita beate Marię semper virginis, & beatorum apostolorum Petri, & Pauli, & omnium sanctorum & sanctarum Dei: & quicquid boni feceris, & intendis facere: & mala que pateris, & patienter sustinebis, sint tibi in remissionem peccatorum tuorum, in augmentum gratie, & in premium vite eterne. In nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Amen. **Uade & amplius noli peccare.**

Hęc etiam absolutio forma est. Dominus noster Jesus Christus per suam piissimam misericordiam te absoluat: & ego auctoritate ipsius absoluo te ab omnibus peccatis tuis, que mihi modo confessus es, & quorum memoriam non habes: ut sis absolutus hic, & ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, & habeas vitam eternam, & viuas in secula seculorum. Amen.

Preterea forma adiuuendi ab excommunicatione dicit, quod aliter quis est excommunicatus excommunicatione maior: & debet fieri ab eo, qui habet tale auctoritatem absoluendi ordinariam, vel delegatam.

De communi forma absoluendi ab excommunicatione minoris